

BENCZÚR JÓZSEF LEVELEI RADVÁNSZKY LÁSZLÓHOZ ÉS JÁNOSHOZ.

Első közlemény.

A Radvánszky-család a XVIII. sz. magyar irodalmában igen kiváló szerepet vitt. Nemcsak a család tagjai maguk írnak verseket, — mint Radvánszky János, a kurucz kincstartó és a század második felében ifj. Radvánszky János, — és prózai, főként történeti műveket, — mint Radvánszky György, kinek az 1728/9. országgyűlésről van igen érdekes, két kötetes naplója a br. Radvánszky-család levéltárában, és László, ki a család történetét írta meg, — hanem főképen az biztosít előkelő helyet a családnak az irodalomtörténetben, hogy tagjai állandóan érdeklődnek a tudományok és a tudományos és irodalmi élet iránt. Ez az élénk érdeklődés viszi a család tagjait arra, hogy könyvtárt alapítsanak s azt folyton fejleszszék és bővítsék, mint azt Radvánszky Lászlónak és ifj. Radvánszky Jánosnak a br. Radvánszky-család levéltárában most is meglévő könyvtár-catalogusai bizonyítják; de főképen ezt az érdeklődést mutatja az a folytonos érintkezés, melyben a Radvánszkyak a XVIII. századnak sok kiváló írójával és tudósával állanak. A költők közül csak Tolvaj Ferenczet, Barcsayt, kit Radvánszky Jánoshoz szoros barátság fűzött,¹ Bessenyei Sándort, Kazinczyt, a tudósok közül Bél Mátyást, kire az id. Radvánszky János Besztercebányán, majd Pozsonyban fiainak, Györgynek és Lászlónak, vezetését is bízta, meg Thomka-Szászkyt kell jellemző példák gyanánt említenünk, kikkel a Radvánszkyak részint baráti, részint pártfogói viszonyban állottak. Egész irodalmi kör. Az írók a Radvánszkyaknak ajánlják, vagy egyenesen hozzájuk intézik műveiket; Bél Mátyás pl. 1744 decz. 10. kelt levelében² maga kéri Radvánszky Lászlót, hogy Ráday Gedeonnal és Jeszenák Jánossal együtt legyen Maecenása az *Adparatus* kiadásában, Barcsay pedig több versét egyenesen Radvánszky Jánoshoz és nejéhez intézi.³ A most rendezés alatt levő br. Radvánszky levéltár III. osztályát, mely a leveleket foglalja magában, a kurucz világra vonatkozó darabok mellett épen ezen XVIII. századi íróknak és tudósoknak a Radvánszkyakhoz intézett s irodalomtörténetileg igen fontos levelei teszik becsessé.

Ebbe a társaságba tartozott Benczúr József, a XVIII. századi politikai és történeti író is. Alább közlendő levelei, melyeknek eredetije a

¹ Radvánszky Jánoshoz intézett leveleinek nagy részét kiadta Berkeszy a *Kisfaludy-t. évl.* új f. XXI. k.

² A br. Radvánszky-család levéltárában. III. osztály, LVI. csomó.

³ L. Berkeszynél i. h.

br. Radvánszky-család levéltárában van, élénk világot vetnek arra a viszonyra, melyben a fentebb említett írók a Radvánszkyakkal állottak. Irodalmi, politikai és személyes természetű dolgokról van szó ezekben a levelekben, melyekből különösen magának Benczúrnak munkáiról sok érdekes dolgot tudunk meg. Az I., II., III. és IV. sz. levél Radvánszky Lászlónak, a többi Radvánszky Jánosnak szól.

Benczúr a Radvánszkyakkal a Bohus Sámuel-féle, külföldi egyetemen tanuló protestans theologusok részére tett alapítvány révén jutott érintkezésbe. A Bohus-féle alapítványt ugyanis Radvánszky László kezelte, s mint az alapítvány kezelőjének ajánlotta neki Benczúrt Thomka-Szászky. 1750. febr. 8. kelt levelében¹ írja Thomka-Szászky a következőket: Egregium adolescentem Jos. Bentzur Jeszenova Arvensem, quem venerandus Sigismundus Kellerus per epistolam commendavit, Sp. Domino, in communem rei evangelicae utilitatem, maiorem in modum commendo. Ea ille in studiis humanitatis posuit apud nos fundamenta: ut merito possim dicere de eo spem bonam concipere, eum futurum olim non minus scholis patriis, quam ecclesiae Christi perutilem. Praeterquam enim quod in lingua Latina ceterisque patriis ac orientalibus non contemnenda posuit fundamenta: in reliquis etiam disciplinis vera laude dignos fecit profectus. «Ezért ajánlja őt, hogy a Bohus-alapítványból küldjék valamelyik száz academiára. Az ajánlásnak meg is volt a fogatja; Radvánszky László, mint az a Thomka-Szászky idézett levelének hátára írt fogalmazatából kitűnik, rögtön megígérte, hogy Benczúrt segíteni fogja. Benczúr már 1751. májusban Jenából írja köszönő levelét. (I. sz.)

Úgy látszik, hogy a míg csak külföldön volt Benczúr, mindvégig élvezte a stipendiumot. Erre mutat Radvánszky Lászlónak 1752. ápr. 2. kelt feljegyzése,² hogy több akadémiai tanuló között Benczúrnak is küldött az alapítványból 25 frtot. Mikor pedig 1755. Benczúr külföldről haza jött,³ ismét Radvánszky László volt az, a ki kieszközölte, hogy Benczúr a késmárki iskolához jusson. (L. a II. sz. levelet.)

Benczúrt tehát hála fűzte a Radvánszky-családhoz; s ő hálás is volt. Személyesen elment Radványba, hogy háláját kifejezze (II. sz. levél), s bár pártfogóját nem találta otthon, a radványi tartózkodásnak mégis lett egy fontos eredménye, mert valószínűleg már ekkor megismerkedett Radvánszky Lászlónak nagyérdemű fiával, Jánossal. Igaz, hogy Benczúrnak

¹ A br. Radvánszky-család levéltárában. III. osztály, LVI. csomó.

² A br. Radvánszky-cs. lt. III. o. LVI. cs.

³ Hogy Benczúr 1755-ig maradt külföldön, l. *Unterhaltungsblatt Pressburg, 1816. 59. sz.*

Radvánszky Jánoshoz intézett első megmaradt levele 1767-ből való, a mikor már Radvánszky László nem is élt († 1758), de épen ezen levél hangja mutatja, hogy a Radvánszky János és Benczúr közötti érintkezésnek sokkal régebb keletűnek kell lennie. A viszony már sokkal közvetlenebb itt, mint a melyben Radvánszky Lászlóval állott Benczúr, s bár a levelek mindig a mély tisztelet hangján vannak írva, mégis a mindent felölelő közlékenység, mely az elsőtől kezdve végig valamennyi levélre nézve jellemző, bizonyos intimitásra mutat. Valószínűvé teszi ez, hogy Benczúr nemcsak Pozsonyból, hol első pártfogójának, Thomka-Szászky Jánosnak 1760-ban bekövetkezett halála óta annak állását foglalta el a pozsonyi iskolánál,¹ hanem már Késmárkról is levelezett Radvánszky Jánossal. Ezek a levelek azonban nem maradtak fenn.

Új könyvek és kéziratok szerzése, politikai és irodalmi események tárgyalása s ezek mellett ritkábban egy-egy magánügy képezi a levelezés tárgyát. Különösen fontosak és érdekesek azok a megjegyzések, melyeket a saját munkáira vonatkozólag tesz Benczúr. Megtudjuk e levelekből, hogy *Historia Hungariae*-jának jó része már 1757. megvolt, de a *Praetensio Brandenburgica* írása gátolta őt a *Historia* folytatásában. (IV. lev.) Érdekes, hogy, bár Benczúrnak ezen munkája nyomtatásban soha sem jelent meg,² s Horányi még 1792. is azt mondja róla: »Historia Regni et Regum Hungariae ab exordio Ducum et ingressu Hunnorum usque ad nostra tempora duobus spissis voluminibus in quarta forma comprehensa et a me visa in Manuscripto delitescit,«³ — Benczúr maga mégis úgy hivatkozik rá, mint közismeretű munkára: a *Jus publicum Hungariae*-ben, mely a Horváth-féle *Bibliotheca iuriconsultorum Hungariae*-ben Benczúr halála után, 1790. jelent meg, minduntalan hivatkozik a szerző, illetőleg commentator (Benczúr) a maga *Historia Hungariae*-jára.⁴ — A XV. levélből azt tudjuk meg, hogy a *Juridicum Hungariae* cz. munkája megjelenése előtt a hadi tanácsnak terjesztetett fel. Legérdekesebb azonban az, a mit az Eusebius Verinus név alatt megjelent *Commentatio iuridica critica*-ról mond Benczúr.

Ez az álnév alatt megjelent munka, mely a Habsburg-háznak Magyarországon való feltétlen örökösödési jogát bizonyítgatja, s tulajdonképen nem

¹ *Unterhaltungsbl. Pressb. i. h.*

² A N. Múz. kézirat. Quart. Lat. 294. és 295. sz. a. két kézirati példánya van.

³ *Horányi*: Nova memoria Hung. 405. l.

⁴ *Jus publ. Hung.* 29. l.: »quod in Hist. Hung. Cap. IV. ostendi.« 70 l.: »quod docui in hist. Hung. P. 1. c. 8.« stb.

egyéb, mint a *pragmatica sanctio* apologiája, a maga idejében nagy fel-tűnést keltett. A merész hang, melyen az álnév mögé rejtőző szerző Verbőczivel szembe száll,¹ s még inkább az a mód, a mint a magyar történelemnek egyes tényeit feltűnteti,² sok felől számíthatott és talált is ellentmondásra. Méltán mondja róla Benczúr: »sunt in eo multa paradoxa.« (XII. lev.) Bizonyára ezért látta jónak a szerző is, hogy ne nevezze meg magát.

Mindjárt a munka megjelenésekor elterjedt az a vélemény, hogy a *Commentatio* szerzője — Benczúr. Radvánszky János, ki a munka megjelenéséről igen jókor értesült, — hiszen Benczúr már 1770. decz. 22-én írja neki, hogy a *Commentatio* megjelent, holott magán a munkán 1771. évszám áll, — egyenesen Benczúrhoz fordul, hogy ő-e a szerző. Benczúr válasza tagadó (XIV. lev.), s azt írja, hogy az ő tudomása szerint egy pesti ember írta a munkát azért, hogy érdemeket szerezzen vele a nagyszombati academián tanári állás elnyerésére. Radvánszky azonban, úgy látszik, szerénykedésnek, vagy más egyébként vette Benczúr tagadását, s nem hitt neki, hanem Barcsaytól kérdezte meg, hogy ki a *Commentatio* szerzője. Barcsaynak Radvánszky Jánoshoz intézett s 1772. máj. 10. kelt levelében erre vonatkozólag ezt találjuk: »Hogy Eusebius Severinusnak (Verinus htt.) authoráról akkor többet nem írtam, oka volt, hogy az, a mit róla láttam és olvastam, még csak esméretlen kézírásban vagyon és vélem nagy titok alatt közöltetett egynéhány levelecske belőle, mivel még nem bizonyos, ha nyomtatott betűkben kiadattatik-é, vagy nem. Úgy tetszik, hogy ha az ember titkot ígér, azt meg kell tartani, kivált én oly vélekedésben vagyok, hogy a titok nagy lelkeknek legfőbb hívságok, mivel a halandók egyedül csak ez egyben hasonlíthatnak az istenekhez. Különben az is bizonyos, hogy közöttünk semmi titok nincsen, hanem tudod, mely tanácstalan papirosra sokat bízni; annyit írhatok azon *hízelkedő papról*, hogy néki német ellensége támadott, de azért a hadakozás csak lúdtollal lehet közöttük.«³

Nincs tudomásunk róla, hogy megtudta-e Radvánszky valamikor, ki volt az a »hízelkedő pap«. Az bizonyos, hogy a kortársak sem voltak egészen tisztában azzal, hogy csakugyan Benczúr rejtőzik-e az Eusebius

¹ *Eus. Ver.* 27., 30. n., 46., 51. l. stb.

² *U. o.* 126. l.: »quin moneam proceres illos regni immemorem prorsus beneficiorum declarasse animum, qui extincto Ludovico (hibásan Ladislao htt.) postumo sorori eius Elisabethae uxori Casimiri Poloniarum regis adolescentem Mathiam Corvinum captivum *insano quodam consilio* anteposuerant.«

³ A br. Radvánszky-cs. levéltárában. Berkeszynél is közölve i. h. 263. l.

Verinus név mögött, mert bár Horányi a *Nova memoria*-ban Benczúr munkái között sorolja is fel a *Commentatio*-t, Lehotzky¹ már habozik, s azt mondja: »tribuitur Benzurio aut Cornidesio.«

Pedig magát a munkát olvasva nem igen fogunk kételkedni abban, hogy a *Commentatio*-t tiltakozása daczára is csakugyan Benczúr írta, az a Benczúr, ki már az *Ungaria semper libera* megírásakor is 100 aranyat kapott az udvartól.² Erre mutat az, hogy igen sokszor idézi a saját egyéb munkáit a nélkül, hogy azokra vonatkozólag bíráló megjegyzéseket tenne.³ Néha az, a mit a *Commentatio*-ban mond, csak kiegészítése annak, a mit egyebütt mondott.⁴ Ugyanazok a forrásai itt is, mint egyéb munkáiban, s ugyanúgy bírálja őket itt is, mint más műveiben.⁵ Sőt még mentegeti is magát: »Auctor tractatus huius (t. i. az Ung. semp. lib. szerzője) plura adhuc argumenta in Ad. Franc. Kollár Origin. et perpetuo usu potestatis etc., si opere hoc uti potuisset, deprehendisset.«⁶ Természetesen, mert Kollár műve is csak 1764. jelent meg, mint az *Ungaria semper libera*, s így Benczúr azt itt már nem használhatta. De legfőképen ezt mutatja az a feltűnően loyális hang és célzat, a mely Benczúrnak egyéb munkáiban, különösen pedig a *Jus publicum Hungariae*-ban is nyilatkozik.

Nem tartozik ugyan egészen ide, kiegészítésül azonban mégis felemlítjük azt, a mit Barcsai 1772. aug. 22. írt Radvánszky Jánosnak: »Tudtomra esvén Benczúr uram *Manifestum* nevezetű munkájának Cassán léjendő kinyomattatása, kérélek, ne sajnálj első adandó alkalmatossággal azon présből kettőt számomra hozatni.«⁷ Semmit sem tudunk arról, hogy Benczúrnak ily című munkája megjelent volna, vagy kéziratban megvolna.

Kár, hogy Benczúr levelei Radvánszky Jánoshoz való viszonyát csak az egyik oldalról tüntetik fel, minthogy a levelekre adott feleletek nincsenek meg. De ha megvolnának, akkor sem igen lehetne világosabb a köztük levő viszonyról alkotott képünk, mint a mily világossá teszik

¹ *Index scriptorum publico-politico-juridicorum*. 15. l.

² *Unterhaltungsbl. Pressb.* i. h.

³ Egyetlen kivétel a 124. l. m.: »... quod J. Benzur in Ung. semper lib. *sagaciter* observavit.«

⁴ V. ö. pl. az *Eus. Ver.* XIX. §.-ban mondottakat az *Ung. s. lib. C. I.* §. 9. mondottakkal.

⁵ V. ö. *Jus Publ. Hung.* 65. l. azzal, a mit Keményről az *Eus. Ver.* bevez. 2. l. mond.

⁶ *Eus. Ver.* 20. d.

⁷ A br. Radvánszky-cs. ltban. Közölve Berkeszynéi i. h. 265. l.

azt Benczúr szavai, melyeket Bojthiról szólva mond (V. lev.): »Utinam plura similia scripta ex scriniis privatorum in lucem protraherentur, publicique iuris fierent. Ita completiorem rerum patriae haberemus historiam.«

I.

Jena, 1751. máj. 5.

Spectabilis ac Perillustris Domine et Patrone gravissime.

Quanto adflictior est sors, Spectabilis ac Perillustris Domine, ecclesiae purioris, quae in patria nostra Deo colligitur: tanto plus illi, qui ita studiis operam dant, ut olim seu in maiori, seu in minori ecclesia Deo servire possint, Maecenatibus iisdem, a quibus beneficia capiunt, se debere experiuntur. Alterum est, quod ad venerationem omnem Viris his virtute clarissimis testandam excitare debet, quod pro salute ecclesiae continuo vigilant et pericula, quae saepe suboriuntur, fortiter avertere studeant: quod praeter haec de studiis promovendis et per haec barbarie et ignorantia pellendis cogitationes suscipiant, alterum.

Improbis essem, nisi cernuus et maxima cum reverentia Spectabili ac Perillustri Dominationi Vestrae prolixas agerem gratias, quod pro auctoritate et cura sane paterna, qua ex b. Bohussii pio legato studia sublimiora Sp. ac P. D. Vestra promovere solet, largum beneficium submittere haud dedignata sit.

Pie memor ero semper tanti beneficii et pro incolumitate Sp. ac P. D. Vestrae, splendidissimae familiae, eorum, ad quos etiam collatio beneficiorum huiusce modi pertinet, imo totius coetus evangelici precibus devotis perpetuus apud Deum ero deprecator. Intendam beneficium ita omnino in libros et studia necessaria impendere, uti id ex mente Maecenatum indulgentissimorum clientibus conferri solet. Praeterea, quae ad Theologicum studium pertinent, linguas scilicet sacras, antiquitates, ecclesiasticam historiam, studia quoque philosophica atque mathematica aliis non neglectis, quantum licuerit, uti coepi, pertractare conabor. Maximae felicitati mihi ducam, quodsi Deo vires concedente post absolutum studiorum cursum voluntate et consiliis sapientissimis Sp. D. Vestrae regi et officio servitiis quibuscumque tandem satisfacere licuerit ex parte.

Iterum iterumque submisso pro beneficio gratias Sp. ac P. D. Vestrae ago, precatus quaevis felicitate patrociniis ulteriori me supplex insinuo et maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Jenae, 5. Maii, anno 1751.

cliens ad quaevis officia paratissimus
Josephus Benzur.

II.

Radvány, 1755. május 28.

Spectabilis atque Magnifice Domine et Patrone gratiosissime.

Uti fortes nascuntur fortibus et magnos non nisi magna et heroica decere novimus: ita, quam id in Sp. D. Vestram conveniat, longe clarius

est, quam ut a me primum evictum reddi debeat. Res ipsa me non monente loquitur fortis ac magni animi exemplum esse incomparabile, quod suo cum incommodo scholae me donaverit Kesmarkiensi. Fervor scilicet ecclesiae et scholae commoda promovendi et ibi Deum reveretur largum remuneratorem munificumque, ubi irreparabile ecclesiae causa damnnum sentire se existimat. Offendi animum Sp. D. Vestrae, cuius virtutes, quibus corruscat, quominus in gratiam redeundum esset, auctoramento esse deberent. Sed et hoc condonatum est. Deus, quod abs me praetermissum est, compenset gratiam ac beneficia, quibus Sp. D. V. mactare me haud dedignata est, remuneretur, efficiatque, ut herulus vestigia Parentis tanti pleno gradu sequi [possit] et non facultatum tantum, sed et virtutum meritorumque heres sit paternorum. Ceterum splendori, quem Sp. D. V. per aliquot saecula ad se propagatum adauxit, adiiciat Deus perpetuitatem, largiaturque Sp. D. Vestrae in hac mortalitate immortale nomen. Id quod dum precor, ulteriorem quoque gratiam et patrocinium Sp. D. Vestrae ea, qua debeo, submissione expeto et maneo

Sp. ac Magnificae D. Vestrae, Domine et Patrone gratiosissime,
Radván, 28. Maii 1755.

cliens ad preces et officia paratus
Josephus Bentzur.

Kivül: Spectabili ac Magnifico Domino Ladislao de Radvan et in Kaza, aliquot comitatuum incliti Regni Hungariae tabulae iudiciariae assessori primario (tit.), Domino et Patrono suo gratiosissimo. Ribari.

III.

Késmárk, 1756.

Spectabilis ac Perillustris Domine et Patrone gratiosissime.

Quod tam sero *Goldasti* commentarium unacum reliquis opusculis in uno volumine compactis submittam, ea, qua decet, submissione deprecor. Expedivissem volumen hoc prius, si vel occasio commoda adfuisset, vel si qua adfuisset, certioris quid de eadem constitisset. Quemadmodum accuratissima editio scripti huius Sp. ac P. D. Vestram multum delectabit: ita precor, ut splendida vestra bibliotheca in dies maiora sentiat Deum porro precibus ardentissimis adorabo pro incolumitate Sp. [D. Vestrae] totiusque spectatissimae familiae Deus Sp. D. Vestrae filium eumque faciat virtutum paternarum heredem, ecclesiae vero nostrae et rei litterariae in patria multos largiatur Ladislaos de Radvan, hoc est nutritios atque promotores. In his votis dum conquiesco, gratiae ulteriori me supplex commendo et maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Késmárk, die 3. mensis anno domini 1756.

[ad] preces et quaevis officia
para[tus] servus obsequentissimus
Josephus Bentzur.

Kivül: Spectabili atque Perillustri Domino Ladislao de Radvan et in Kaza, certorum inclyti Regni Hungariae comitatum tabulae iudiciariae assessori primario (tit.) Domino et Patrono suo gratiosissimo. Radvan.

IV.

Késmárk¹ jul. 30.

Spectabilis atque Perillustris Domine et Patrone gratiosissime.

Quia scio Sp. atque P. D. Vestram rarioris argumenti libros magno studio conquirere et nullis parcere sumtibus: hinc, ut aliquod iterum animi pro beneficiis grati prostaret in Sp. D. Vestram documentum, qui hic venales sunt libri, quoad titulos et pretium eadem Sp. D. V. communicanda [esse] videbantur. Quod si aliquibus horum selectissimam bibliothecam, quam Ungaria litterata miratur, adaugere placuerit: dignabitur id mihi gratiose significare, ut eos tempestive curem separari, antequam aliis devenerint in manus. Mihi imprimis illi placent, quos subtraxi, salvum tamen est iudicium penes Sp. D. Vestram, quod optime pretia librorum decernere solet. Motus [et] apparatus bellici me admonent, ut *refutationem praetensionum et deductionum per IV. ducatus Silesiae* accelerem.² Hoc est, quod mihi remoram iniiciat in *historia patriae*, quam a primo Hunnorum in Pannoniam ingressu usque ad initia saeculi XIII. perduxi, et quae iam 40 phileras excedere videtur, continuanda.

Ego vero ardentibus precibus a Deo expeto, ut nobis Sp. D. Vestram lumen et Maecenatem litteratorum et litterarum incomparabilem cum Spectatissima Aula omni beet prosperitate. In hac pietate dum conquiesco, maneo

Sp. atque P. D. Vestrae

Késmárk, die 30. Julii

ad quaevis officia paratus servus
Josephus Benzur.³

V.

Pozsony, 1767. .nov. 19.

Spectabilis ac Perillustris Domine, mihi summo opere colendissime.

Quam Sp. ac P. D. V. dignabatur epistolam ad Sp. D. Bachak, Excelsae Camerae Hungaricae Aulicae secretarium, exarare, epistolam illam ei ipse tradidi in manus. Quam postquam praelegisset, dicebat valde bene esse, quod statutionis paria Sp. D. V. submiserit: iam omnes difficultates esse superatas remque deductam in planum.

Idem Dominus declaravit se in aliis quoque Sp. D. Vestrae grato animo serviturum, modo aliquid demandare placuerit. Lubens scripsisset, sed multis impediabatur occupationibus.

¹ Valószínűleg 1757.

² A Praetensio Brandenburgica 1758. jelent meg.

³ A levél mellékleteként három, vízfoltoktól nagyon megrongált papírlapra van írva a levélben említett könyvjegyzék, mely azonban jó részt olvashatatlan.

Libros, quos Sp. D. V. desiderat, proxime procurare et Sp. D. Vestrae submittere intendam. Ex *Francisci Forgachii* historia, quae nunquam est typis impressa, libros XIII. habeo, reliquos IX. spero me proxime esse consecuturum ex Transilvania. Quia vero exemplum, quo usus sum, vitiose fuit descriptum, et Sp. D. Vestram accurate conscriptum possidere exemplum audio: spero me id ex benevolentia Sp. D. Vestrae consecuturum, ut, si futuro vere, quemadmodum intendo, Radvanium venero, meum exemplar ad Sp. D. Vestrae exemplar corrigam emendamque.

Boithini Sigismundi principis Transilvaniae et Gabrielis Bethlen etiam Transilvaniae principis res gestas lib. III. utrum habeat Sp. D. V., pervellem scire. Utinam tantae mendae et errores scribarum oscitantia illud in exemplum, quod meas in manus devenit, non irrepsissent. Dabo operam, ut aliunde haec possim emendare. Apud priorem principem, quod ex libro I. *Boithinii* evidens est, Georgius Radvánszky inter ministros praecipuum tenebat locum.

Utinam plura similia scripta ex scriniis privatorum in lucem protraherentur, publicique iuris fierent. Ita completiorem rerum patriae haberemus historiam.

Nova, quae scribere possem, Perillustris Dominus Meervaldt referet. Ita commendatus ulteriori gratiae, maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Posonii, die 19. Novembris 1767.

servus humillimus
Josephus Benczur.

VI.

Pozsony, 1768. ápr. 16.

Spectabilis ac Perillustris Domine, Domine mihi summa pietate colendissime.

Tractatus *Schvarzianos*, quos Sp. ac P. D. V. dignatur desiderare, necdum Lipsia, ubi ultra annum haerent, accepi. Spero eosdem me sub finem mensis venturi Maii cum mercibus pellionum Lipsia advehendis consecuturum, adeoque statim proxima demum occasione Sp. D. Vestrae eosdem sum submissurus. Scripsi hac de re iterum Lipsiam et Valaszkyo studioso demandavi, ut tractatus eosdem Viennam per certos Saxonicos nostris pellionibus servientes aurigas expediat. Viennam totam adtentam reddidit sequens ibidem recusus tractatulus:

Johann Georg Neubergers iuris utriusque licentiati Abhandlung von den Einkünften der Clöster und dem Amortizationsgesetze. Nachdruck der Münchner Ausgabe 1768. In 8-vo. Intra 6 dies omnia Viennae recusa exempla sunt divendita. Speramus tamen novam diebus his libelli huius editionem nos accepturos et tunc unum exemplum Sp. D. Vestrae

procurare etiam intendam. Auctor est Bavarus, et libellus primum Monachii in Bavaria est impressus. Scribit apertissime et simplicissime.

Tyrnaviae non pridem prelum deseruerunt *P. Nicolai Schmitth Episcopi Agrienses*, III. tomulis in 8-vo, quos ob multa in illis occurrentia diplomata Sp. D. V. sibi posset procurare.

Ita Gratiae ulteriori commendatus maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Posonii die 16. Aprilis 1768.

servus humillimus
Josephus Benczur.

VII.

Pozsony, (1768.) aug. 31.

Spectabilis ac Perillustis Domine, Domine mihi summopere colendissime.

Quod Sp. ac P. D. Vestrae recenter filius sit natus,¹ gratulor, et precor, ut eum Deus crescere iubeat in Sui nominis gloriam, Sp. D. Vestrae et totius inclitae Domus amicorumque solatium, ornamentum ac decus patriae, efficiatque eum heredem omnium avitarum virtutum atque meritorum.

Schvarzii dissertationem *de initiis religionis Christianae*² necdum habeo, pro usibus tamen Sp. D. Vestrae comparare intendam.

Prayi annalium partem V., quam Sp. D. V. velit habere, hoc est totius operis partem quintam, vel exclusa prima parte praeliminari, quae continet annales Hunnorum, Avarum et Hungarorum partem quintam Annalium regum Hungariae, non dignabatur adtingere. Nisi me omnia fallunt, habet Sp. D. V. historiam seu annales Prayi usque ad annum 1516., quo desiit vivere Wladislaus II. Rex, quod si verum est, illa tantum Sp. D. Vestrae pars deest, quae modo imprimitur, hoc est ab anno 1517. usque ad obitum Ferdinandi I. Regis, quae quumprimum prodierit, statim eandem expediam. Si vero ultima pars operis, quam Sp. D. V. habet, desinit in Mathiae I. coronatione, duo adhuc Sp. D. Vestrae pro usibus totius operis Prayiani partes essent comparandae.

Episcopos Agrienses et Thurocii Ungariam suis cum regibus proxime expediam.

Ita commendatus ulteriori gratiae, dum Sp. D. V. et toti inclitae Domui quamvis prosperitatem voveo, maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Posonii, die 31. Augusti.

servus humillimus
Josephus Benczur.

¹ Radvánszky Miklós, ki 1768. aug. elején született.

² Megjelent 1740.

VIII.

Pozsony, 1769. aug. 5.

Spectabilis ac Perillustris Domine, Domine mihi summa pietate colendissime.

Accepi ex gratia Spectabilis ac Perillustris Dominationis Vestrae historiam *Francisci Forgach*, quam tamen, quia habeo, et quidem quantum ex collatione colligere potui, eo ex exemplo, quo usus est scriba, qui Sp. D. Vestrae exemplum descripsit, transsumptam, summa cum gratiarum actione remitto. Adhuc significo, vitia, quae in libris 14. historiae huius occurrunt, ex Sp. D. Vestrae exemplo me non potuisse emendare; adeoque accuratius descriptum exquirendum erit. Mihi ex Transilvania 8 reliqui libri historiae huius cum dedicatione auctoris submissa est (*sic*), sed etiam valde erronee descripta. Totum enim opus Forgachii ex 22 libris constat. Meo exemplari etiam praemissa est dedicatio operis huius facta a *Casparo Tassy Gabrieli Bethlenio* principi Transilvaniae, qui in eo erat, ut ad opus hoc evulgendum sumtus suppeditaret. Continuatio, quam habeo, est etiam erroribus referta, si tamen Sp. D. V. mandat, eandem pro Sp. D. Vestrae usibus curabo transsumendam.

Continuationem operis *Kolinovichiani*, qua belli Rakocziani saeculo hoc gesti res memorabiles exponuntur, quam primum copiam eius Domini Sp. D. Jeszenak procuraverit, suppeditabo.

Ceterum, dum Sp. D. Vestrae et toti inclitae. Domoi quaeois prospera opto, manco

Sp. ac P. D. Vestrae

Posonii, die 5. Augusti, 1769.

servus humillimus
Josephus Benzur.

IX.

Pozsony, (1769.) nov. 16.

Spectabilis ac Perillustris Domine, Domine mihi summopere colendissime.

Continuationem historiae *Francisci Forgach* pro Sp. ac P. D. Vestrae usibus lubenti animo per studiosum bonum scribam curabo hic describi. Non possum tamen diffiteri notabiles errores in ea deprehendi et sensum ex connexionione saepe debere emendari: est tamen in Exc. Episcopi Quinqueecclesiensis bibliotheca Quinqueecclesiis accurate descriptum exemplar, idque ut putatur, auctoris ipsius originale.¹ *P. Koller*, qui in aula est laudati episcopi et nunc in conscribenda ex diplomatibus historia Quinqueecclesiensis episcopatus multum desudat,² promittit se id effecturum, ut futuro Paschate opus hoc huc pro uno vel altero mense transferatur, atque pro aliquot diebus, ut secundum illud exemplar meum corrigam, mecum communicaturum. Forte ad illud tempus continuatione Sp. D. Vestrae exemplaris expectandum esset.

¹ Hogy a pécsi példányt tévesen tartották Forgách eredeti példányának, l. Monum. Hung. Script. 16. k. bevez.

Quod vero ad *Kolinovichi* continuationem adinet, illam necdum suscepi, quia Sp. D. Stephanus Jeszenák ter iam quaesivit sua in bibliotheca hoc opus, non tamen invenit. Existimat se illud suo Domino adfini Sp. D. Alexandro Podmaniczky mutuo dedisse vel in Búke haerere. Cras eundem iterum volo adire et rogare, ut libros, quos habet in Buke, accurate curet perlustrandos et opus hoc exquirendum.

Sigillum in Neogradiensi comitatu inventum existimo esse cuiusdam copiarum Hungaricarum ducis, qui Laurentius Vitzmandi vocabatur, cuius tamen maiores Germani fuisse videntur, licet nec ipse ex historia nomen eius eruerim. Forte in Istvanffio, vel Petro de Reva, vel Ortelio redivivo Maieri eius aliqua mentio occurret.

Obtinue tandem aliquando iam Schvarziani tractatus de initiis religionis Christianae unum exemplar, quod Sp. ac P. D. Vestrae submitto. Exposui vero pro illo kr. 30.

Ill. Referendarius Farkas Viennae decessisse eiusque in locum Dn. de Batta esse promotum in Exlcesa Cancellaria, in locum vero illustrissimi Domini Török Dn. Nedeczky prothonotarium forte iam Sp. D. Vestrae snnotuit. Apud nos Magnificus Dn. Ladislaus Balogh habet molestias et aeger decumbit. Detulit eundem non nemo apud Augustam, quod provincia hic non bene sit defunctus. Purgare se quidem voluit, sed adversarii eius potentius insurrexerunt et agunt.

Multi loquuntur Augustam se abdicare velle imperiis, postquam filiam serenissimam Antoniam collocaverit, id tamen mihi non videtur esse probabile. Dies docebit.

Oppida 13 Scepusiensia Augustam velle retinere id facilius crediderim.

Ceterum, cum Sp. D. Vestrae et toti inclitae Domui quaevis prospera precor, gratiae ulteriori commendatus maneo

Sp. ac P. D. Vestrae

Posonii die 16. Novembris.

servus humillimus
Josephus Benczur. m. p.

X.

Pozsony, 1770. jan. 19.

Spectabilis ac Perillustris Domine, Domine mihi summa pietate colendissime.

Gratiosas Sp. ac P. D. Vestrae litteras debito cum respectu accepi, et ex illis cognovi non ingratus *Schvarzii* tractatum *de initiis religionis Christianae in Hungaria* Spectabili ac P. D. V. esse perlatum. Pecuniam, quam Sp. D. V. dignatur pro eodem se submisisse significare, non accepi, litteris inclusa non erat, auriga dicit sibi non esse traditam, adeoque,

* A munka 1782—1812. jelent meg.

si huic est tradita, ab eo repetenda erit. Quod ea etiam tantum de causa significo. Litteram ad Reverendum Institoris Pusztafedimesiensem hodierno die per auditores, qui hic aderant, expedivi.

Ceterum, si quos Sp. D. V. in posterum desideravit libros, dignetur demandare, grato animo procurabo.

Apud nos nihil in praesens novi, nisi quod Augustus Josephus II. sub finem Aprilis mensis ita vult Munkacsinum versus iter suscipere et peregrinationem, ut sub finem Junii Viennae esse possit. Vult revidere lineam militarem a Transilvania usque ad superiorem Silesiam.

Dominus Lübek a turma praetoriana Hungarica est promotus ad legionem Hallerianam Colonellus ibi factus et propterea in Italiam proxime est iturus. Multi existimant propterea tum esse promotum, quod nostram profiteatur religionem.

Neubergeri Erste Abhandlung von dem Amortisationsgesetz, ni fallor, Sp. D. Vestrae procuravi et submisi,¹ iam prodiit eius *II. Abhandlung cum Abfertigung*, scripta mole parva, sed erudite et eleganter conscripta: utrumque Rfl. 1 kr. 10 emitur; optarem, ut illa Sp. D. V. legere posset et religiosis vel minimum Romano-Catholicis Dominis ad legendum dare.

Utinam quoque procurare possemus *Die Geschichte von der bulla in coena Domini, II. Theile* in IV^{to}, quod tamen scriptum Viennae valde est prohibitum.

Ceterum cum Sp. ac. P. D. Vestrae quaevis felicia opto et toti inclitae Domui, ulteriori gratiae commendatus maneo

Sp. ac. P. D. Vestrae
Pozonii, die 19. Januarii 1770.

servus humillimus
Josephus Benczur.

Közli: SZENTPÉTERY IMRE.

TOMPA BETEGSÉGÉRŐL.

Csak most jutott kezemhez a »Protestáns Szemle« néhány füzete, melyben S. Szabó József debreczeni tanár Tompa Mihály koszorús költőnkkel és utolsó éveivel is foglalkozik. Miután eddigi életírói s most legutóbb S. Szabó József is téves adatok alapján foglalkoztak a nagy férfiú betegségével, utolsó éveivel, ez indított engem arra, hogy e téves állításokat helyreigazítsam, annyival is inkább, mert ezt kétségbevonhatatlan bizonyítékokkal, Tompa sajátkezű leveleivel tehetem.

Tizenkét darab levele van birtokomban, melyeket Tompa dr. Hőke

¹ L. a VI. levelet.